Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31626
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

meas ne memineris adonay et ne auertas fa
ciem tuam a me quo tribulor uelociter exau
di me adonay.
Ad sonitum cuius uocis custodes excitati.
dum in aliis edibus loci rogum peterent et
non reperientes moram facerent ecce ui
dit beata soror occurrere sororem suam mariam mag
dalenam. igneam facem manu tenentem. unde lam
pades et cerei omnes ilico accendunt. Vix hoc ex
pleto dum altera alteram proprio nominare uocaret.
ecce prius hospes eius aduenit dicens. Veni
electa mea hospita exi de carnis ergastulo tran
siens ad palacium celi. que me hospicio susce
pisti. Et ego sum ubi o ministra et obstetrix
mea. illic mecum eris. Tu me suscepisti in hos
picio tuo. ego te recipiam in celo meo. Graciam.
consulendi desolatos quam tibi olim dedi post
transitum tuum a te non auferam. Illos qui ad
sepulchrum tuum super necessitate sua conque
rentes deuote confessi fuerint. exaudiam amore
tuo. Cumque illa post tergum eius palpitare uo
luisset. Ita inquit ille secure adhuc ueniam ad te.
His dictis uix domino et maria semotis inde ecce
rogo non reperto custodes redeuntes domum.
intrant. et ultra quam fas est dici magis mirantur.
inter se sciscitantes quis sic studiose luminaria
que extincta dimiserant accendissent. dei mag
nalia que gesta fuerant adhuc nescientes sed
illa que sibi acciderant. secretioribus fratribus domus
statim patefecit. Ecce preterita nocte illa adue
nit transitus sui dies oportunus. Tunc iussit
iussit se extra larem retro basilicam quo celum uidere
posset sub arbore quadam platea perpulchra de
ferri. et super cinerem paucis paleis subpositis
solo poni. et cilicio operiri. et sancte crucis lignum
ante se teneri. Sicque agitur. Tunc fratres et
sorores diligenter deprecata est. ut pro se ora
rent. Statim cum totis animi sui uiribus
in celum conuersaretur. et ipsum polum sine inter
missione respiceret. cepit orare dicens. Hely
deus patrum nostrorum adonay iesu christe fili dei
eterni nate intacte uirginis marie. qui pro
nobis dignatus es nasci. pati mori resusci
tari. celos regredi. suscipe spiritum in requiem tuam.
Non permittas me teneri manibus tetrorum anglorum
nec acherontis claustris dilaniari. sed sicut
mecum dignatus es hospitari. sic suscipe me
in hospicio tuo celesti. Hospes mi care hanc pau
perculam familiam tuam custodi et foue omnesque illos
qui post transitum meum. hunc locum obserua
uerint. et manu tenuerint. celesti remuneratio
ne ditare digneris. Tunc precepit legi passionem.
quam in hebraice scriptam marcellus secum attulerat.
Que dum secundo legeretur et lector diceret pater in ma
nus tuas commendo spiritum meum illa dei amica
dormiuit. et animam suam dignam amplexibus tra
didit in manus michahelis archangeli. qui cum
angelis suis per medias acies principum infernalium
qui animas peccatorum a corporibus exeuntes insidi
antur. transiens inter sacra celorum secreta eam
summo regi obtulit. O genus dignum glorie mortis.
Quis umquam tam dignam tamque preciosam necem
audiuit. Non est mors sed uita que absorta est
in uictoria. Quam preciosa est in conspectu domini
mors sancte hospite eius. Tricesimo lustro uite
sue expleto in heremo scilicet septeno et semi quar
to kalendas augusti sexta feria hora nona qua
christe mundum redemit egregia christi hospita tran
siuit ad gaudium anglorum ubi gaudet et exul
tat. cum bono hospite suo domino nostro ihesu christo. Viri
famosi et religiosi alumpni eius et domestici Eu
rodius et Sintex. et germanus et Epafras. et soste
nes. Pauli. prius clientes et trophimi comites. et
Parmenas qui fuit unus ex septem diaconibus
apostolorum. et marcilla beate beate marthe famula
et filiola de ortu baptismi. illa scilicet que extol
lens uocem de turba dixerat domino nostro ihesu christo.
Beatus uenter qui te portauit et ubera que
suxisti. Hi uitam spiritalem ducentes cum ea usque
ad eius transitum cum aliis multis perseuerauerunt
in loco ipsius. Ipsi fideles comites eius funebria
procurarunt. et iuxta eandem basilicam quam ipsa edi
ficauerat eius sepulchrum decenter ornauerunt.
et tribus diebus totidemque noctibus una cum innume
ris populorum turbis qui de castris et urbibus circum
stantibus ad eius uenerandum transitum uene
rant cereis candelis et lampadibus magnis
que ignibus per nemora accensis honorifice peruigilarunt.
Sequenti uero die dominica in medio basilice
omnis congregatio religiosorum omnesque populorum
caterue cum circa corpus starent. et obsequium
funebrium sicut mos est agere uellent. et alii psal
lerent alii que flerent ecce hora tercia apud pe
tragoricas missam celebranti lecta iam epistola in